Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26913
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dine et ab hominibus honoror et in hac etate cum sim senex mo
lestant me cogitaciones mee Respondit theupectus Crede michi ab
ba quia similiter et michi faciunt Et tunc senex singulas cogitaciones
impugnantes se fingebat usque totum confitetur theupectus Post
hec dixit ad eum quemadmodum Jeiunas Ait ille dixit Usque ad nonam
Cui senex dixit usque ad vesperam Jeiuna, et de euangelio vel de
aliis scripturis sine cessacione semper aliquid meditare et quociens
tibi aliqua cogitacio super venit nunquam deorsum aspicias sed sursum
et mox tibi dominus adiutor est Et ita discessit in propriam ~~voluntate~~
habitacio et iterum viam circumspectans vidit demonem redeuntem et requirit
eum dicens Quo vadis Ait ille simili modo respondit fratres admonere
Cum autem reuerteretur requirit quemadmodum agerent fratres Ait ille dixit
Male quia omnes agrestes effecti sunt et unum quem habui amicum obe
dientem michi et ipse nescio unde conuersus est et iracius non ibi attendere
nec post multum tempus et sic dicens discessit Interrogacio cuiusdam
Quidam frater requisiuit quendam senem quid fratris super cogitaciones
faciam propter quod non possum sufferre cogitaciones Cui senex dixit
Ego in hac causa nunquam impugnatus sum Scandalizatus ergo frater ipse
venit ad alium senem et dicit Ecce nunc sic mihi dixit senex, scandaliza
tus sum in ipso quia super naturam humanam locutus est Dic illi senex
studiosus Non simpliciter tibi dixit ille homo dei sermonem hunc Vade ergo et
age penitenciam aput ipsum ut dicat tibi virtutem verbi huius Reuersus ergo
frater venit ad senem et cepit ei dicere Indulge mihi abba quia insipienter
feci ut tibi non valedicerem, et ita egrederer, sed rogo te explana
mihi quemadmodum non es impugnatus Dicit ei senex Ex quo factus
sum monachus non sum saciatus pane neque aqua, neque sompno
et horum omnium cogitacio non me permisit here pugnam qua tu dixisti
et egressus est adiutus frater abeo Interrogacio ad sanctum pimen et
Interroganti iterum cuidam super responsio eiusdem etc
cogitaciones dixit abba pimen monachus sicut ventre suum et